

ritualis: quia talis cum sit secundum spiritum, sive mentem, secundum quam homo non est seruus hominis: sed secundum corpus, non potest dici proprii servilis; Ex quo sequitur correlatio, quod docere, consulere, praedicare verbo, aut scripto, sit licitum die Dominicæ. ita Archid. in c. ieiunia, de consecr. dist. 3. arg. in cap. irreligiosa, ead. dist. addit. quod dicit idem Archid. in cap. peruenientia, ead. dist. de studio, uide Buttr. & Abbat. in cap. 1. extra, de fer. ubi allegat S. Th. 2. 2. q. 12. 2. artic. 4. ubi dicit, quod nullus actus spiritualis exercitii est contra obseruantias Sabbati, putat, si quis doceat verbo, aut scripto, ubi num. 18. dicit glof. quod lector diuinæ legis, aut Doctor in die Sabbati ab opere suo non desinit. Secundum quod lectioñes scholaribus notare, aut legere licitum est die festo. Tertio, disputare, aut etiam publicas repetitiones facere pro veritatis dilucidatione licitum est. Quartu, in lectioñibus libros corrigere die festo sine magno tamen labore licitum viderit. Quinto, scribere aliquid, ut colligendo aliqua utilia ad legendum, vel praedicandum licitum viderit. Sexto in operibus misericordie distinctio dierum non est habenda, 76. distin. c. utinam, de consecr. dist. 5. cap. nunquam.

Decimaquinta. Propter excellentiam 24 festi † detrahitur abstinentia, & macerationi carnis: hinc si festum Nativitatis occurrit sexta feria, licitum est carnes comedere, exceptis professis, & uouenibus, cap. explicari, extra, de obseru. ieiun. Ex quo texu colligitur, quod in die festo non solum spiritualiter homines gaudere debent, sed etiam cum honestate possunt in cibis aliqua delectationem accipere. Pariter facit etiam ille tex. vt cessante ieiunia possint tunc homines licet uti vestibus preciosis, in venerationem festinatis. Ita Abb. in d. cap.

25 Decimasexta. Festivitates † quas Episcopos cum clero, & populo præcepit obseruari, sunt obseruandæ. Ita not. in c. conquestus, extra, de fer. Ita etiam est tex. in c. 1. de consecr. dist. 3. c. 1. ibi, cum

populo, quem text, ponderat Io. de Anna, in d. cap. conquestus, num. 4. Et hoc intellige de sanctis canonizatis: quia Episcopus etiam cum † populo sanctu Canonizare non potest. glof. in d. cap. 1. de consecr. dist. 3. cap. audiuimus, extra, de reliq. & vener. sanctor. c. 1. eod. tit. in 6. Ratio vero quare reserueretur Canonizatio Sanctorum. Summo Pontifici, est 27 multiplex: tum † quia ista est de maioribus causis, quæ inter Christianos propria posset, & sic est ad sedem Apostolicam referenda, cap. maiores, de baptis. tum quia miracula attribuuntur fidei; Hec igitur quæstio cum sit de fide, principiū est ad sedem Apostolicam referenda, 24. q. 1. cap. quoties. tum, quia ad Papam spectat declarare dubia scripturarum, cap. per venerabilem, qui filii sint legit. multo fortius dubia sanctitatis; quia circa maiora maius dubium vertitur, id est &c. de elect. lib. 6. cap. ubi periculum. tum, ne propter multorum Episcoporum simplicitatem, populum decipi contingat. c. 1. & 2. de reliq. & vener. sanct. Ultimò, ne in infinitum contingat sanctos multiplicari, & sic devotionem refugescere, & sanctitatem vilescere, 80. dist. c. Episcopi.

28 Per canonizationem † haec consequitur sanctus, quod Ecclesia pro eo solemniter, & pro aliisibus solemnius dicit officium, cap. unico, de reliq. & vener. sanct. in 6. Item inter alios sanctos in Litaniis nominatur, & inuocatur. Et si Ecclesia in Canonizzazione erraret, quod non est credendum, licet accidere posset, de sent. excom. cap. à nobis, 2. mithominius, preces in honorem talis accepta, & gratae sunt: per fidem enim Christi omnia purgantur, c. per uestra, de cohab. cleric. & mulier. & esto, quod veritas canonizationis deficiat, non deficit fides, de baptis. c. debitum, de presbyt. non baptiza to cap. 2. & 3. glo. in d. c. unico.

Licet solemnies preces publicè emittere, vel solemnie officium publice dicere quis nequeat, pro aliquo, qui nondum est canonizatus, tamen alicui defuncto, quem sanctum credit, haec cuiuslibet preces